



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de
Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XXIV. de moneta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

neralis successisset aliquibus prioribus Vicariis similes literas concedere, *arguendo text. & ibi not. in l. cum d. in rem vers. ff. de Usur. Bald. in leg. si cert. annis C. de pact. Gratus respon. 2. n. 90. lib. 1.*

Denique limitando hanc reg. adverte, quod ob eminentiam doctrinae, vel bonum testimonium, de consensu ordinarii S. Pontifex conceditur quis omnino indies etiam presbyteratus breviori tempore sumere possit, etiam extra tempora, ut Episcopo Placentino respondit S. Cong. Interpretum Concilii Trid. ad cap. sess. 23.

Item nota, in quantum hic dicitur suscipientes ordines sacros ante legitimum ætatem (quæ est 18. annorum in Subdiacono, 20. in Diacono, 26. in Presbytero) incurrere poenam constitutionis Pii II. quod si tales perant absolutio nemine S. Sede & assecuti sint beneficium curatum, aut alias sacrum ordinem haberi, solet hodie dari clausula: & committatur Ordinario, imposita Oratori aliqua penitentia salutari & ipso ab executione suorum ordinum ad octo menses & dies, de arbitrio ejusdem Ordinarii suspenso, & quoad novam provisionem committatur cum clausula, si per diligentem adhibitis, & depurato per eundem Ordinarium durante dispensatione hujusmodi Vicario idoneo in d. Parochiali Ecclesia cum congrua portione illius fructuum, pro sustentatione ipsius Vicarii, ita quod Orator interim eidem Canonici, & præbendæ ne debitum fructuum obsequiis per substitutum, seu sacerdotem idoneum ab Ordinario loci, seu Capitulo dictæ Ecclesiæ approbandum deservire possit & teneatur.

Item in absolutioe pro promotum credente se esse legitimum ætatis solet adici clausula: & committatur Ordinario, & dummodo constet Oratorem signatim defectum ætatis promotum fuisse ut præfertur, ipsoque ab executione suorum sacrorum ordinum donec 25. ætatis suæ annum attigerit, & deinde beneplacitum Ordinarii suspenso.

Si autem quis sit promotus ad sacros minoribus prætermittis, petatque absoluteionem, solet adjici clausula hæc: Et committatur Ordinario, & prædicto Oratore ab executione susceptorum ordinum, donec quatuor minores prædictæ Ecclesiæ susceperit, & deinde arbitrio ejusdem Ordinarii suspenso.

REGULA XXIII INNOCENTII VIII.

Quæ est. XXIV. PAULI V.

- | | |
|--|---|
| 1. Aureus & solidus numisma, & Ducatus eadem sunt. | ratio minus necessaria & negligenti. |
| 2. Etymologia & vocabulorum disputatio. | 3. Omnis scientia ineipit à cognitione vocabulorum. |

Origo libæ Turonenfis.

1. Ducatus quomodo æstimetur in im-
peracionibus benef.

2. An reg. hæc sit infuctuosa?

3. An hæc Constitutio extendatur ad
Cancellariam?

4. Constitutio, seu lex specialis propter
generalitatem rationis, generaliter est

accipienda.

6. Ducati auri de Camera valor.

10. Aurei valor, ejusq; appellatio.

11. Aureus temporibus antiq. Romano-
rum 23. drachmis, id est totidem Ju-
liis Romanis constabat.

12. Posteriori Principum ævo aurei va-
lor imminutus fuit.

ARGUMENTA IN REG. XXIII. INNOC. VIII.

Quæ est PAULI V.

DE MONETA.

Item declaravit idem D. N. quod libra Turonen. Parvorum, & flore-
ntis auri de Camera, pro æquali valore in concernentibus litteras &
Cameram Apostolicam, computari & æstimari debeant.

GLOSSEMA ALPHONSI

Ita Regula dicit quod quoad concernentia litteras apostolicas, vel Cameram Apostolicam,
quod est tantum dicere libram Turonen. quantum ducatum de Camera, & propter hanc re-
pugnantiam ponitur in supplicationibus, quando impetratur beneficium cujus fructus &c. nam
aurei & solidus numisma & ducatus idem est glo. in Rab. de numif. lib. x. & instit. de
pena tenie. litig. §. fin. l. quoties C. de suscept. lib. x. de qua materia per Canonistas in-
quanto de jurejur. & per egistas maxime Bart. in l. Paulus ff. de solut.

Ad interrogavi in Curia Canonistas unde habuit ortam libra Turonensium parvorum? &
non abbreviator respondit mihi ad ephesios & voluit dicere, quod in istis vocabulis recurrendū
est ad Catholicon. pro quo facit gloss. in: ubi. ff. solut. mat. quæ dicit quod disputatio vo-
cabulorum est relinquenda pertinacibus, id est capitis, sed certè ego intelligo illam glo. veram,
quod non refert multum quid significet vocabulum: quia tunc esset pertinacia, insistere in e-
ius significatione, alias scilicet: nam omnis scientia incipit à cognitione vocabulorum, ut ait Bol. §.
liberti libertæque C. de oper. lib. in 2. col. Idè, oportet videre quid esset libra
Tur. parvorum, propter subreptiones bullarum quoad valorem. Tamen quia hic declaratur
quod est quoad nos.

Perum,

Verum, interrogavi unum Gallum, quid est ista moneta? & dixit mihi, quod iam alias fuisset factum Concilium in Civitate Turonensi, Rex Francia qui habebat viciniam procuravit quod fieret impetratio secundum illam libram Turon. parvorum: que libra unum Ducatum, & quod non fieret per ducatos: & sic tamen factum fuit, sed crederetur fuit somnium: & satis est quod sumus certi quantum valet libra Turon. parvorum: quod valet unum ducatum, sed vidi dubitari, quomodo intelligitur ducatus in impetratombus, secundum quod valet in partibus, vel secundum quod constat in curia cum cambio: & allegavi quod secundum quod valet in Curia in Cambio, & allegavi not. in d. c. quanto. & d. Paulus de solut. que longum esset referre hic, sed sic praeferat Rota.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

- A** *Ista Regula dicit*) Regulam hanc licet nonnulli inutilem censeant, eo quod usus Turonensium, de quibus hic, omnino cessaverit, tamen non tantum esse utilitatis recte notat Mandosus hic, praesertim cum per eam vitari possent mille quaestiones, quae passim apud DD. agitantur de mutatione valoris extrinseci & intrinseci pecuniarum; quae quoque intricarent omnes in Curia supplicantes.
- B** *Concernentia litteras Apost. &c.*) Hoc est litterarum expeditionem & Camerae officium, circa harum litterarum expeditiones, & licet hic loquatur de Camera, sicque videtur constitutio restricta ad illam, attamen Regula comprehenditur etiam Cancellaria ex identitate rationis, quae communis generalis, facit ut constitutio specialis generaliter sit intelligenda Dec. cons. 31. & cons. 115. Paris. consil. 83. vel 3. Mandos. hic q. 1.
- C** *Ducatus de Camera*) Valor Ducati auri de Camera, est unius scuti auri in auro unius Julii, de quo est una decisio in una tenchen. 28. Junii 1585. coram Oratio & una Acherontina fructivum 20. Feb. 1595. coram Blancheto & in una Aretina pensiois 20. Feb. & 17. April. 1598. coram litte, quas decis. habes apud Nic. Garciaum p. 5. de lib. 6. 3. n. 147. & seqq. Si tamen reservarentur simpliciter Ducati, non dicendum Camera, attendendus esset valor currens in loco beneficii ut per Gigant. cons. 51. alias respon. 49. de Pensio. Garcia d. cap. n. 151.
- D** *Aureus solidus numisma & Ducatus idem est*) De potestate, seu valore aurei ejusque varietate paucis dicam. Romanis praesertim Aureus simpliciter & sine alia appellatione dicebatur: posterioribus solidus & graecis Epocha quaedam numisma. Ponderus & aestimatio sub Principibus ejusmodi fuit, ut 40. aurei, aut eo circa, ex libra signarentur: aureus autem unus 25. drachmas, id est totidem Julii Romanis permutatur, ut Zonaras scribit 10m. 2. & d. hocq.

hocque pretium adstruit pondus ipsum aureorum, qui hodie exstant duarum
 hęc Drachmarum, id est duorum nostrorum aureorum: illud pretium man-
 sit usque ad tempora ferē Constantini, Imp. cuius ævo Principes, qui ei suc-
 cesserunt, valorem aurei imminuerunt, sic quod 72. aurei in libram caderentur,
 & sex unciam redderent, erantq; aurei singuli scrupulorum quaternorum, ut
 constat ex l. i. c. Theod. de Pond. & auri illat. qua de re latius scribo in 17. a. c. de Re Num-
 maria c. 10.

ARGUMENTA IN REG. XXIV. INNO CENT. VIII.
 PAULI V. REG. XXV.

- R**atio constitutionis hujus Regu-
 lar.
 1. Beneficia eorum qui promoti sunt ad
 Episcopatum, vacant in Curia.
 2. Papa promovendo aliquem ad regi-
 men Ecclesiarum, reservat suę dispo-
 sitioni ipsius beneficia, ut & pensio-
 nes, ut n. 13.
 3. Papa censetur derogare huic reg. per
 clausulas motus proprii, & ex certa
 scientia.
 4. Papa per verba derogatoria non
 potest regem imponere, sed non suc-
 cessori.
 5. Clausula motus proprii, & cum dero-
 gatione &c. censentur repetita in se-
 cunda parte hujus regulę.
 6. An ignorantia ejus qui nescivit se pro-
 movendum, excuset ipsum sic ut sub-
 stant renunciaro.
 7. Quia legis, ratio legis.
 8. Princeps plerumq; non concedenda
 concedit, videtur importunitate pre-
 currenium.
 9. Hac reg. inventa est ut vitetur om-
 nis occasio ambitionis.
 10. Sed favorabilis est & extendenda.
 11. Prima regulę pars videtur superflua
13. In hac reg. Ecclesia Cathedralis sunt
 comprehensa.
 14. An etiam extendatur ad alias Eccle-
 sias inferiores.
 15. An reg. hęc procedat in beneficiis e-
 orum, qui promoventur ad Episcopa-
 tus in partibus infidelium: & quid in
 pensionibus.
 16. An priora beneficia vacant
 si promotus non sit assecutus
 possessionem.
 17. Pensiones etiam vacant per promo-
 tionem.
 18. Per promotionem ad Cardinalatum
 vacanti beneficia ut & ad Pontificatū.
 An per promotionem ad Cardinalatū
 sic vacant Episcopatus ut Regalia sint
 aperta? & quid si Papa dispensaverit
 ut retineret utrumq; ibid.
 19. Hac reg. comprehendit dignitates
 electivas, non obstantibus Concorda-
 tis Germaniæ.
 20. Papa non censetur voluisse novas in-
 ducere reservationes in præjudicium
 Concordatorum, nisi de iis expressam
 mentionem fecerit.
 21. Reservationes inductę per Regulas
 non comprehendunt beneficia Ger-
 manicę